[et for...]

et quia hee due declarationes congregate reducte sunt ad unam scilicet quia similitudo completa inter locum et locatum non apparet nisi ex hiis duobus et non manifestatur ex diffinitione loci quod innuitis locus est simul forme secundum quod est continens sed et illud quod continet unumquodque istorum elementorum est locus suum ultimum quod concavum lune est locus ignis et hec vocavit ultimum et ultimum concavum ignis est locus aeris et quod eius aque et aque terre et istum locum vocavit medium. et cum declaravit quod hec corpora moventur ad sua loca secundum quod res movetur est ultimum corporis continentis non totum illius rei quam cum in precedenti sermone notificavit quod non est intelligendum hec de suo scilicet totum ad quem est motus sed simul cum ad quod est motus in istis corporibus est locus. omnino quando locus est simul scilicet quod est ultimum corporis et ideo fingentes locum esse vacuum non possunt dicere locum esse simul et ideo dixit et si ita sit necessarium est ut corpus quod movetur et cetera id est si ita locus sit vacuum corporis continentis et continentia uniuscuiusque istorum corporum sunt diverse nature. quod necesse est quod unumquodque illorum non proprie movetur ad continentem eius nisi quia illa circumstantia est similis eis. finis enim ignis non movetur ad finem concavi lune nisi quia est simile igni et similiter terra non movetur ad finem aque nisi propter hoc. et manifestum est quod sicut hoc existit in hiis duobus corporibus que sunt extrema sic oportet esse in mediis. ignis enim assimilatur aeri et aer aque. et ideo dixit corpora vero que sunt et cetera. Deinde dixit et similiter erit cum acceperimus ex superiori ad inferius id est quod bene possumus incipere ex inferiori ad superius et dicere quod terra assimiletur aque et aqua aeri et aer igni. et hiis autem e contrario scilicet quod etiam assimilatur ignis et ignis aeri et aer aque et aqua terre. et intendit per consimilia hic ea que conveniunt in aliqua qualitate et differunt in alia verbi gratia quod aer assimilatur igni quia convenit ei in calore sed contradicit ipsi in humiditate et sic de aliis et ideo dixit extrema vero scilicet terra et ignis et cetera id est quia hec duo corpora in summo sunt contrarietatis remotioris quamvis conveniant in una qualitate scilicet siccitate et contradicunt sibi in alia. et similiter illa que differunt etiam in duabus qualitatibus ex quibus constant ut ignis ab aqua calidi et sicci et aer a terra calidi et humidi. hic autem hanc diversitatem que est inter naturam et formam quia unum corpus continet alterum et cum dixit quod quedam istorum elementorum scilicet ultima in loco assimilantur adinvicem et quedam non etc. aque et terre in hac diversitate scilicet diversitate que est forme et materie cum iam declaravit est quod continens esse forme et contentum materie. hec enim diversitas sunt recepit

ad suum finem [illegible]

in vicinis et in remotis verbi gratia quia ignis est forma aeris et aer quasi forma aque oportet ut ignis sit quasi forma aque et aqua quasi materia ignis quia est materia sue materie que est aer et dignius est ut terra hoc habeat quia est materia materie sue materie. et ideo dixit in eis que differunt quasi materia et forma et similiter in aliis corporibus et non est intelligendum ex hac similitudine quod contentum semper moveatur ad continens sed cum continens fuerit in loco naturali tunc etiam quodlibet contentum movebitur ad continentes quoslibet sed ad continentes vicinum cum quo convenit in altera duarum contrariarum qualitatum.

Quesivit autem philosophus quid.

Quicumque quesierunt quare ignis movebitur ad superius et quare terra movebitur ad inferius similis est querenti quare sanabile movetur et alteratur in sanitatem non in albedinem. Nos vero dicimus quod omnia alterabilia alterantur ad illud quod convenit eis non ad aliud ut augmentabile quod non alteratur ad sanitatem sed ad magnitudinem et longitudinem et similiter alia. unum quedam alterantur secundum qualitatem et quedam secundum quantitatem et quedam secundum locum quod est leve transfertur superius et grave inferius